

**Threni, Cum ... Margareta Lembkia, Viri ... Dni. Hermanni Schuckmanni, Doctoris  
Theologi ... Coniunx Desideratissima, Solenni Efferetur Funere**

Gustrovi[ij]: Scheippel, 1676


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777832119>

Druck Freier  Zugang



Rüst, Th.  
auf  
M. Lembke,  
Cheft. des H. Schumann.  
Güstrow, 1676.

53







THRENI,  
CUM  
FOEMINA NOBILISSIMA  
MARGARETA  
LEMBKIA;  
VIRI

MAGNIFICI, SUMME REVERENDI,  
AMPLISSIMI ET EXCELLENTISSIMI,  
DNI. HERMANNI  
SCHUCKMANNI,  
DOCTORIS THEOLOGI LONGE CELE-  
BRATISSIMI, SERENISS. DUCI MECKLENBURG.  
A CONSILIIIS SACRIS, ET CONCIONIBUS AULI-  
CIS PRIMARIIS, NEC NON SUPERINTENDENTIS  
GUSTROVIENSIS RELIGIO-  
SISSIMI

CONJUX DESIDERATISSIMA,  
SOLENNI EFFERETUR FUNERE,  
AB  
ILLUSTRIS ATHENÆI GUSTROVICI ALUMNIS  
IN CLASSE PRIMA, SUBMISSÆ OBSER-  
VANTIE ERGO

F U S I.

---

GUSTROVI, Typis SCHEIPPelianis, 1676.



Undiqve dum referat stridentia limina belli  
Mars; Et fulmineus fulminat atq; fremit.  
Undiqve dum gladij fulgent Extrema mi-  
nantes,

Et quatit igniferum dira Megæra caput,  
**CONJUX SCHUCKMANNI** gaudet de-  
dere terris,

Et temnit fatum plurima dura ferens.

Hic solet esse patris sanctissimus ordo benigni,

Fidentes nunquam deseruisse cupit.

Ingruat extremis quamvis furor omnis ab oris,

Et casus properent terrificæq; minæ.

Indignata ruant, hostes, pestisq;, famesqve,

Densus adverso grandinet imbrem malum.

Protegit ille suos, fatum declinat iniquum,

Et sibi fidentes in loca tuta vehit.

Gratulor ergò tibi requiem, quam collocat ipse

Jova, Polo, donec corpora nostra beet.

**MARTINUS STERNSTORFF:**



**E**heu! quam subito tanta virtutis Imago,

Heu! pietatis amans morte preempta jacet,

Heu! quantum rapitur cunctis Solamen egenis,

Heu! quantum Proli Præsidium atq; Decus.

Sed quid, Filiola, vos imbre rigatis ocellos,

Defunctæ Matris Spiritus astra tenet,

Esse procul gemitus, jam flere cavete beatam,

Mater adest Christo, cujus & ante fuit.

**JOHANNES OTTO HORN,**

Strasburgensis March;

Vita

Vlta quid est? atrae mortis nisi frigidus horror,  
Atq; mori summam vix discimus usq; senectam.  
Sed mors? summa salus nobis donatur ab illa,  
Ergo beatus is est, qui scit se morte renasci.  
Hoc certe tua, MAGNE VIRUM, percalluit uxor,  
Cui fuit haud quaedam vera pietate secunda.  
Illa mori satius quam vitam vivere duxit,  
Cunctis jam segura malis est atq; periculis.  
Et pro sorte, nova cum sanctis gaudia gaudet.  
O SCHUCKMANNE! tibi magnum solamen id esto.  
DANIEL SCHÖNEMANN.

VI pius in Christo vivit, non ipsemet una  
Vivit in hoc Christus Filius ipse Dei.  
Mortuus hic mundo vivit, cum Principe vitae  
Vivere enim verè est, in pietate mori.  
Sanguine qui Christi moritur mundatus, obesse  
Ipsi mors nescit causa putanda lucri.  
Et requie donata bona splendet in alto  
LEMKIA, vivit adhuc dum placidè moritur.

Ita vovet ita sperat  
CHRISTOPHORUS JOACHIMUS PRÆTORIO.  
Neo Ruppiniensis Marchius.

LONGIUS haut voluit SCHUCKMANNAM Martis in armis  
Vivere, sed subito vexit ad astra DEUS.  
Non igitur gemitus, aut tristia verba ciet.  
Jam Defuncta capit gaudia mille poli.

J. Neumann.

Quid, mœsti, fletis defunctam funere Matrem,  
Ereptam mediis hostibus atq; malis?

Hac



Hæc spernens mundum, cœli volitavit ad astra,  
Nunc amplexa Deum, regna beata tenet.

NICOLAUS RUDOLPHI  
Golnoâ Pontcranus.

Ουτι μάλ' ἀνθρώποις καλαδύμια πάντα τελέειαι,  
Μοῖρα δέ τοι θνητοῖσι κακὸν φέρει, ἠδὲ καὶ ἐσθλόν,  
Ἀκλαυτον μήπως ποιῆ σε θανάσσα Ἀκοιτις  
Ἄνερ ἀγαθὲ, βλάβην τάυην φέρε εὐφρονι θυμῷ.  
Τελμῶν γὰρ χαλεπῶις χρεῖ ἐν ἀλγεσι κείμενον Ἄνδρα,

CHRISTIANUS SCHRODER  
Dargun. Megap.

Je edle Schuckmanninn reißt ego vom Geümmel  
Der Donner-wehrten Welt im Glauben hin zu Gott.  
O wohl dem! Der so kömme versöhnt hinauff gen Himmel!  
Der ist entrissen reche auß aller Angst und Noth  
Den Hochberrübten zum Trost setze es

D. Toll.

REddidit hic animus vita se tempore clarum,  
Et terra donis & pietate polo,  
Nunc etiam nostros fugit ægro lumine vultus,  
Flere Vetat Functæ mite levamen adest.

CASPARUS BUSSING,

Was ist woll auff der Welt/das endlich nicht vergehet?  
Ja Schönheit/ Kunst und Guht/ Gesundheit nicht  
bestehet/  
Nur die Frömmigkeit die macht/  
Daß man auch des Todes lacht,

Der

Der grimme Todt kan zwar die Leute bald hinnehmen /  
Die Frömmigkeit die kan den Todt auch selbst beschämen /  
Frömmigkeit ja nimmer stirbt /

Wenn gleich Leib und Guht verdirbt.

Drumb hat die Edle Frau gar wol in ihrem Leben  
Der rechten Frömmigkeit und Tugend sich ergeben.

Glaube / Liebe / Freundlichkeit

Zierte ihre Lebenszeit.

Nichts kunt ihr liebers seyn / als Gottes Haus besuchen /

Diß war ihr höchster Wunsch / mit Beten ohne Fluchen.

Herz und Mund war einerlei /

Ohne Falsch und Triererey.

Drumb ihr Betrübten laßt den höchsten Gott nur walten /

Es ist der Sünden Schuld / wir müssen all erkalten.

Meiden müssen wir die Welt /

Wann wir wolln ins Himmels Zelt.

Der sch'ly Verstorbenen zu schuldigsten Ehren  
setze diejes

Christianus Albertus Hinke.



**E**heu! ô dolor! heu! sic ô SCHUCKMANNIA chara  
Injecere tibi tristia fata manus?

O sævam mortem! mortem te dictito sævam,

Talia virtutis præmia numne dabis?

Non ita: sola DEI sic est divina voluntas,

Coguntur cuncti mortis obire vicem.

Cur ergò flemus? cedant suspiria nobis,

Namq; pij, ut scimus, regna quieta tenent.


HENRICUS KRAFFT,

Malch Mecklenb

O dolor

**O**dolor! heu! perit! perit? quid? bella Marita  
Schuckmanni? heu! cedant gaudia. flete mei!  
Tam subitâ cuncti flemus nos morte cadentem,  
Quid verò Nati? quid ve Maritus, agent?  
Sed quònam lacrymæ? quònam fletus? bene vixit,  
Nec perit; pravit, vivit in arce Poli.  
Jam mala sunt; Verùm mentis prasagia dicunt,  
Ni Deus advertat, deteriora sequi:  
Ergo mæsta Domus tristem deponito luctum,  
Namq; his exempta est omnibus illa malis.  
Tu verò & Viduum, Natos, Natasq; suaves,  
Atq; Pios omnes protege summe Deus.


Johannes Philippus Weigel,  
Hildesienfis



**N**il refert quâ quis moriatur imagine leti,  
Hoc tantum refert, quâ moriare fide.  
Seu tabes te lenta absumat, seu brevis hora  
Hoc mundo immundo te subito eripiat,  
Contemplanda fides cum vitâ est: si benè vitam,  
Duxisti in Christo, non moriere malè.

Ex condolenti animo

HENRICUS HAARS.



**D**esiste à luctu matris lectissima proles,  
Ecce per angustam tendit ad astra viam,  
Omnibus ipsa malis, quibus hic obnoxia, mundi  
Libera, cœlestisq; utitur ore Dei.  
Securus morte est qui scit se morte renasci,  
Mors ea non dici, sed nova vita, potest.  
Transivère Patres, simul hinc transibimus omnes,  
In cœlo patriam, qui benè vixit, habet.

S. B.  
Præfult

**P**resulis, heu! nostri *suavisima* mortua *Conjux*  
**SCHUCKMANNI**, magnum *cuncta* pietatis *Asylum*,  
**JOVAM** *pectus* amans, *ejus* quoq; *jussa* capessens,  
*At nunc exhiberant eternum gaudia mentem.*

ANDREAS LANGE,  
Berol. March.

Ultimum beate defunctæ vale

**Q**uare conficeris tanto mœrore Marite?  
Quid fletis nati cari caræq; puellæ?  
Non perii, in sancto sed mortua sanguine Christi  
Æternum teneo cum Sanctis omnibus arcem  
Ætheream, curis quâ nullis angor acerbis,  
Nec quicquam timeo adversi, sed gaudia summa  
Semper ego capio, Iesum videoq; benignum.  
Mitte Marite igitur lacrymas, deponite nati  
Luctum, quo nemo lugens quid proficit unquâ;  
Sed potius Jovæ summo nunc solvite grates,  
Tanta bonorum in me quod contulit. Hisce Valetæ,

MARTINUS HEDENUS;  
Gustr.

**R**orantes, **VIR SUMME**, nimis suspendito luctus,  
Uxor enim dulcis sortita palatia cœli est.  
Transit ad superos, & Olympica regna petivit.  
Non illi mundi facies abspecta placebat.  
Vili pendebat quæ desuper afficit æther.  
Quæ propter portum vitæ nunc attingit ipsum.

Johannes Rügenwaldt:

Qvi

**Q**uid dilecta cohors prolis tua pectora palmis  
Tundis? quid luges defunctæ funera Matris,  
En! meliora videt terrenis gaudia Mater,  
Hunc linquens mundum, cœli dum tendit ad astra.

ADAM JOACHIM KOCH

Güstr. Megap.

**I**N Cœlo fruitur jam LEMBKIA neſtare dulci,  
Ambroſiiq; capit pocula plena meri.

SEBASTIANUS MEIER.

**Q**uæ placide atq; piè Letho ſua ſumina clauſit,  
Paſcitur aſpectu nunc & amore Dei.

JOHANNES CONRADI,

*Defuncta loquitur.*

**E**Ripuit multis me diua potentia turbis,  
Haud igitur cupio vivere læta mori.  
Nunc ô munde vale, nunc damno libera ab omni,  
His terris migro, cœlica teſta peto.

PETRUS MICHAEL.

**M**itte triftitiam, lacrymas abſtergite mœſti,  
Quam ſteſis, minimè periit, ſed reddita Olympo  
Cum ſanctis cunctis nunc carpit gaudia cœli.

JOACHIM WEGENER.

**H**æc nimium felix, & terq; quaterq; beata,  
Cui datur ætherij mollior aura Poli.

CHRISTIAN ALARD,

Malch. Megap.



*lud.*











*Presulis, beu! nostri foavisima mortua Conjugis  
SCHUCKMANNI, magnum cuncta pietatis Asylum  
JOVAM pectus amans, ejus quoq; iussa capessens,  
At nunc exbilarant eternum gaudia mentem.*

ANDREAS  
Berol. Mart.

Ultimum beate defunctæ vale

Quare conficeris tanto mœrore Marite?  
Quid fletis nati cari caræq; puellæ?  
Non perii, in sancto sed mortua sanguine Christi  
Eternum teneo cum Sanctis omnibus arce  
Aetheream, curis quæ nullis angor acerbis,  
Nec quicquam timeo adversi, sed gaudia sum  
Semper ego capio, lesum videoq; benignum  
Mitte Marite igitur lacrymas, deponite nati  
Luctum, quo nemo lugens quid proficit unquam  
Sed potius Jovæ summo nunc solvite grates  
Tantæ bonorum in me quod contulit. Hisce

MARTINUS H  
Gustr.

Rorantes, VIR SUMME, nimis suspendio lu  
Uxor enim dulcis sortita palatia cæli est.  
Transiit ad superos, & Olympica regna petivit.  
Non illi mundi facies abspecta placebat.  
Vili pendebat quæ desuper aspicit æther.  
Qua propter portum vitæ nunc attingit ipsum.

Johannes

